

## Band VIII., Nr. 3342, Seite 454-455

*Das Ehepaar Volbert und Mechthild von Sirnau verfügt zu Gunsten seiner Kinder beziehungsweise des Klosters Sirnau über seine Habe.*

Esslingen, 1284. Mai 13.

A successorum memoria de facili labuntur, que scripturarum et testium amminiculo non confirmantur. Noverint igitur presentes nec lateat futuros, quod Volbertus et Mehtildis uxor sua de Sirmenöwe domum suam, in qua morantur, cum suis attinentiis, duo prata et unum agrum pueris suis videlicet Hermanno et Bertoldo, Lûcgardi, Gûten, Adelheidi et Agnese publice resignaverunt et ab eisdem sub annuo censu videlicet I solidi Hallensium singulis annis in festo Martini presentandi nomine census receperunt, tali adhibita condicione, quod Vol[bertus] et Meh[tildis] predicta dictas possessiones habeant pacifice quamdiu vivant, ipsis autem mortuis Hermannus et Ber[toldus] dimidiam domum predictam cum attinentiis infra septa et pratum unum situm ultra fluvium Kerse<sup>1</sup> habebunt, filie vero quatuor predictae aliam partem domus coniuncta stupa similiter habebunt. Si qua autem ipsarum maritum duxerit, quatuor libre Hallensium ab aliis pro portione sua sibi presentabuntur. Item mortuo Bertoldo avunculo dictarum sororum pratum, quod habet, ad predictas sorores sine impedimento et vexatione uxoris sue et Her[manni] et Ber[toldi] fratrum predictorum, si sine pueris decesserit, libere devolveatur, si autem pueros habuerit, tertia pars eiusdem tantum cedere debet ipsis. Huius testes sive sazłıt sunt: Cûnradius Curzo, Johannes frater suus. Attendendum est insuper, quod, quandocunque aliquis predictorum tam filiorum quam sororum sine herede decesserit, singula mobilia, que reliquerit, ad . . . priorissam et conventum sororum in Sirmenöwe sine omni impedimento fratrum vel sororum suorum pertinebunt. In huius testimonium presentes littere sigillo civium in Ezzelingen roborantur.

Datum et actum coram S[ifrido] sculteto et iudicibus in Ezzelingen, anno domini MCCLXXXIII., tertio idus Maii.

Nach dem Original.

Abhängend zerbrochenes Siegel der Stadt Esslingen, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1424 (WUB, Bd. V, S. 189).

<sup>1</sup>Die Körsch.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

Stadtarchiv Esslingen

**Signatur/Titel des Originals:**

KH U 991

**Regesten:**

ADOLF DIEHL (BEARB.): Urkundenbuch der Stadt Esslingen, 2 Bde., Stuttgart 1899-1905 (Württembergische Geschichtsquellen 4 bzw. 7), Bd. 1, S. 71, Nr. 189.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Esslingen

**Ortsindex:**

Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)

Esslingen am Neckar, ES

Sirnau Wohnplatz (347)

Sirnau, Esslingen am Neckar, ES